



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XII. Markgraf Ludwig bestätigt das Domstift Soldin, im Jahre 1334.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

## XII. Markgraf Ludwig bestätigt das Domstift Soldin, im Jahre 1334.

Anno M. CCC. XXXIV. Ludowicus etc. Singulis et vniuersis tam presentibus quam futuris, ad quorum notitiam presentes peruenerint, salutis et honoris continuum incrementum et notitiam subscriptorum. Venientes ad nostram presentiam honorabiles viri dominus prepositus et dominus decanus Soldinensis ecclesie canonici nomine ipsorum concanonicorum et capituli nobis, ut ipsis in suis iuribus et libertatibus et emunitatibus ipsis per magnificos Principes marchiones Brandenburgenses felicitis recordationis precessores nostros karissimos concessis et indultis conferuare, nichilominus ipsis ipsorum priuilegia per eosdem dominos Marchiones Brandenburgenses, ut premititur, concessa siue tradita, ex nostre gratie beniuolentia confirmare, ratificare et approbare dignaremur, humiliter et instantissime supplicarunt, Nosque uero, habita prius deliberatione matura, et consilii nostri consilio prouiso, rationabilibus ipsorum petitionibus annuimus et acquieuius iuxta vota prenotata ipsorum priuilegia diligenti examinatione examinata, sic quod ea prorsus in nullo uitiata fore et omni suspicione carere vidimus et cognouimus, de verbo ad verbum ea singulariter rescribi fecimus, prout sequitur in hac forma. In nomine domini amen: Albertus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Ille pater familias ante omnia secula deo patri in substantia manens semper equalis, in fine seculorum pro homine factus, vineam suam ecclesiam vniuersam nouo fetu cottidie multiplicat et adauget, cum non solum in ea hora prima tertia atque sexta, verum etiam decima et undecima, per quam finis seculi designatur, operarios mittere non desistit, qui etiam purgatam sentibus peccatorum cum incremento fructus bone operationis de virtute crescere faciant in virtutem et deum in Syon facie ad faciem contemplari. Huius vinee prapagine, nos, qui populum nobis subiectum temporali regimine gubernamus, per nouorum industriam operariorum, qui eam circumfodiant atque putent, extendere cupientes, et pia sollicitudine precauere, ne aper de silua vel singularis ferus eam exterminet vel depascat, in ciuitate nostra Soldin ad honorem dei omnipotentis, eiusque matris Marie virginis gloriose et specialiter beatorum Petri et Pauli apostolorum ipsius ecclesie patronorum, de consensu et consilio venerabilis patris domini Petri, Caminenfis ecclesie episcopi, ordinis predicatorum locis dyocesani, fundauimus et instituimus canonicorum et prebendarum numerum duodenum, qui ibidem ecclesiam domino congregatam regant et ei proficiant verbo opere et exemplo, et dominum pro nostris, genitorum et filiorum ac successorum nostrorum omniumque fidelium uivorum et mortuorum excessibus iugiter interpellent. Sane ne propter defectum rerum temporalium huiusmodi canonicis institutis vel pro tempore instituendis seruiendi domino copia subtrahatur, villas subscriptas, videlicet Brunko cum suis limitibus, Wukun cum suis limitibus, scilicet a loco qui Wiltkule dicitur usque in paruum stagnum Wukun et iode usque in magnum Wukun, et inde descendendo per riuium Bruneke usque in stagnum Citen, et dictorum stagnorum medietas est canonicorum, alia dominorum Marchionum de Vker. Item villam Prunek cum suis limitibus, scilicet sicut linea siue lira aratro tracta est a Stagno Citen vsque ad campum Speninghe. Item villas Golin, Schoninberghe, Bruche, Staffeld et Mittenwald cum ipsarum limitibus incipiendo a campo Kartzk et descendendo per lineam siue liram aratro tractam vsque in paludem Kufe et inde descendendo per riuium Kufe vsque in riuum Mitzel et iterum riuum Mitzel ascendendo vsque ad campum Soldin, canonicorum totus est predictorum. Item ex alia parte idem quoque riuus Mitzel a dicto loco, vbi riuius Kufe in eum incidit, vsque ad cam-

pum Soldin Canonorum totus est predictorum. Item ex alia parte inter Soldin et Mittelweld effluvio Mittel vsque ad campum Bruche et inde vsque ad campum Retz, et deinde vsque ad campum Nienburg et sic deinceps a campo Nienburg descendendo per distinctiones villarum Schoninberch et Golin vsque in stagnum Ztummoth, et quidquid in dictis villis et ipsarum limitibus predictis continetur, scilicet in agris cultis et incultis, nemoribus, siluis, lignis, pascuis, pratis, stagnis, riuis et rinulis, molendinis, edificatis vel edificandis —.

Hier ist das Dokument in dem Codex des Geh. Staatsarchives, worin dasselbe erhalten ist (I. Cod. 4 in qu.), abgeschrieben. Zu vgl. oben Nr. III.

XIII. Das Kapitel zu Soldin bekundet dem Markgrafen Ludwig und seiner Gemahlin Margarethe, für die Pfarren zu Lippehne, Friedeberg, Woldenberg und Warnitz die Theilnahme an seinen guten Werken zugesichert und sein Wahlrecht aufgegeben zu haben, am 24. Juni 1335.

In nomine domini Amen. Ordo rationis et equitatis expostulat in hiis, que stipendia ad cultum diuinum augmentandum et in suo robore firmitatis conseruandum largiti fuerint karitatiua temporalia perhennis felicitis memorie et specialis gratiarum actionis debita exhibeantur et retribuuntur premia meritorum. Nos itaque Lupoldus, prepositus, Ditericus de prescel, decanus, totumque capitulum ecclesie Soldinensis publice protestamur in hiis scriptis, Quod magnificus ac Illustris princeps ac dominus, dominus Ludouicus, marchio brandenburgensis, ob deuotionem, quam ad nostram gerit ecclesiam, respiciens eam redditibus et prouentibus egentem, incendiis et rapinis vastatam, tamquam spes defolatorum et pater orphanorum, ecclesias ciuitatum lippene, vredeberg et woldenberg ac ville warniz cum iuribus patronatus ecclesiarum earundem, cum omnibus pertinentiis, utilitate et usufructu, nec non cum libera proprietate nostre dedit et libertauit ecclesie augmentans prouentus ipsius, ut in ea crebro die noctuque cultus diuinus augeatur. Proinde eundem dominum nostrum Ludouicum, marchionem brandenburgensem, ac inclitam principem ac dominam, dominam margaretham, ejus conthoralem, et eorum progenitores omnium bonorum spiritualium in hiis scriptis facimus participes, que in nostra fient ecclesia perpetuis temporibus domino disponente. Statuentes vt ipsorum et suorum progenitorum felix memoria in nostra ecclesia perhenniter habeatur. Damus insuper ex decreto nostri capituli predicto domino Ludouico marchioni suisque heredibus legitimis et successoribus marchionibus brandenburgensibus omnem electionem nostram, qua canonicos recipere consueuimus secundum consuetudinem nostre et aliarum ecclesiarum, ita videlicet vt cum hii, qui per nos nunc sunt recepti, prebendas habentes pueriles secundum ordinem et gradum suum maiores adepti fuerint prebendas, extunc quotiens et quando prebende in nostra vacauerint ecclesia, quascunque personas ydoneas et dignas idem dominus noster Ludouicus aut sui successores capitulo nostro presentauerint, a nobis et nostris successoribus sine aliqua contradictione in Canonicos et confratres recipiantur ac ipsis ipsis ecclesie prebende, que vacauerint, assignentur. Nolumus etiam nec debemus post tem-